

## **Latin 2025**

- **Quelles limites à l'amitié ?**
- **Colère divine contre les hommes**

## Quelles limites à l'amitié ?

Traduire les lignes 1 à 3 et 12-15 et commenter l'ensemble du texte.

1 (Videamus) quatenus amor in amicitia progredi debeat. Numne, si Coriolanus habuit amicos,  
ferre contra patriam arma illi cum Coriolano debuerunt? num Vecellinum amici regnum  
3 adpetentem, num Maelium debuerunt iuvare?

5 a Q. Tuberone aequalibusque amicis derelictum videbamus. At C. Blossius Cumanus, hospes familiae vestrae, Scaevola, cum ad me, quod aderam Laenati et Rupilio consulibus in consilio, deprecatum venisset, hanc ut sibi ignoscerem, causam 10 adferebat, quod tanti Ti. Gracchum fecisset ut, quidquid ille vellet, sibi faciendum putaret.	<i>Nous avons vu Tibérius Gracchus, qui troublait l'État, abandonné par Quintus Tubéron et ses amis de jeunesse. Caius Blossius, de Cumes, en relation d'hospitalité avec ta famille, Scévola, vint me trouver, sachant que je siégeais avec les consuls Lénas et Rupilius à la commission d'enquête, pour me supplier de lui faire grâce et il alléguait, pour se justifier, l'estime qu'il avait pour Tibérius Gracchus, estime telle qu'il croyait devoir faire tout ce que voulait son ami.</i>
--	---

12 Tum ego: 'Etiamne, si te in Capitolium faces ferre vellet?' 'Numquam' inquit 'voluisset id quidem; sed si voluisset, paruissem.' Videtis, quam nefaria vox!

Et hercule ita fecit vel plus etiam quam dixit; non enim paruit ille Ti. Gracchi temeritati sed  
15 praefuit.

Cicéron, *De l'Amitié*

## Colère divine contre les hommes

Traduire les vers 1 à 10 et commenter l'ensemble du texte.

- 1        hic locus est, quem, (...)  
  
          haud timeam magni dixisse Palatia caeli.  
  
          Ergo ubi marmoreo superi sedere recessu,  
  
          celsior<sup>1</sup> ipse loco sceptroque innixus eburno  
  
5        terrificam capitis concussit terque quaterque  
  
          caesariem, cum qua terram, mare, sidera movit.  
  
          talibus inde modis ora indignantia solvit:  
  
          "non ego pro mundi regno magis anxius illa  
  
          tempestate fui, qua centum<sup>2</sup> quisque parabat  
  
10        inicere anguipedum<sup>3</sup> captivo bracchia caelo".  
          nam quamquam ferus hostis erat, tamen illud ab uno  
          corpore et ex una pendebat origine bellum;  
          nunc mihi qua totum Nereus circumsonat orbem,  
          perdendum est mortale genus: per flumina iuro  
15        infera sub terras Stygio labentia luco!

*C'étaient sans doute des ennemis redoutables; mais ils ne formaient qu'une race, et la guerre n'avait qu'un seul principe. Maintenant, sur le globe qu'entoure l'océan, je ne vois que des hommes pervers. Il faut perdre le genre humain. J'en jure par les fleuves des enfers qui coulent, sous les terres, dans les bois sacrés du Styx !*

Ovide, *Métamorphoses*

---

1    *Celsior* : le plus grand », désigne Jupiter.

2    *Centum* : qualifie *bracchia*.

3    *Anguipedum* < *anguipes*, *pedis* : géant à la queue de serpent.